

FERIA V. POST DOMINICAM  
AD NOTATIO.

- B*rocari. **B**ethsaida in tribu Ioschar ad littus maris Galilee, inter Capharnaum & Magdalum, patria Petri, Andreae & Philippi Apostolorum. Hic egredens a SVS a Synagoga ubi sanauerat hominem Demoniacum, anic concionem illam celebrem in monte, anno xxxi. vita sua, venit ad domum Simonis & Andree cum Ioannab. & ne & Iacobo. Ita si sequamur nonnullorum opinionem. Sed mihi magis fit verisimile, ut dominus haec Simonis sit Capharnaui: nam ita ex Marco necessario colligi videtur, etiam ex Luca: statim enim ex Synagoga, sanato Demoniaco, egressus IESVS venit domum Simonis: hac vero domus Capharnaui erat, non Bethsaida: in celebre scilicet ciuitate Capharnaui habitabat Petrus cum fratribus. Sit ergo
- A. Capharnaum, & Synagoga unde sanato Demoniaco*
- Ioseph.* **B.** Egreditur ad domum Simonis & Andreae. 18. Ant. Etenim artem suam malebant Capharnaui in c. 3. & 6. leberrima ciuitate exercere, quam in angustis Pli. 5. li. & solitudine sui pagi Bethsaida. Non enim haec est illa trans lacum, quam fecit Iuliada Philippus Tetrarcha, ubi & mortuus & sepultus est.
- C. Venit igitur dominus cum Iacobo & Ioanne IESVS; praeceperant enim Petrus & Andreas ut pararent.*
- D. Decumbebat autem febricitans Petrus crucis, quod exponit Lucas, & expressit eruditus latinus interpres, tenebatur magnus febribus;*
- quasi detinebatur febri cum magnis acceſſibus. Hoc reminiscunt primū Christo, dein orant ut eā sanet: adstat illi IESVS, tenet manum, imperat febri (ita molitus sensim reddit latius interpres, pro increpauit) sanatur mulier, surgit, ministra illis, id est perfecte sanatur. Vbi videlicet nostras infirmitates sancti Deo representant, ac pro nobis orant, inclinat se ad nos Christus de celo, tenet manum, sanat nostras languores, surgit, illi ministramus.
- E. Scrus Petri in culina curans canam, vegeto & firme corpore, integris viribus.*
- F. Discrimbit IESVS cum discipulis ad cœnam. Non in ampla cœnatione vel domo, sed intenui & pectoria, impediret cibis, fanibus, canistris, canat Rex cali & orbis uniuersi, hominum & Angelorum Dominus.*

*G. Vespre iam facto offerunt illi multis à Demonib⁹ vexatos, & omnes qui varijs languoribus afflictabantur: singulis manus imponeat sanat eos IESVS; ut adimpleretur vaticinium Isaiae; Ipse infirmitates nostras accepit, & egrotationes nostras portauit. Perfectam quidem homini naturam assumptis verbum Dei, paucumque morbo laborauit: sed hoc est quod dicit Prophetæ; quicquid in nobis sive interne, sive externe infirmitatis curauit Christus, id omne ipse sanguine suo luit & cruce. Erant scilicet salutaciones Christi, & sunt, ipsius merita per crucem.*

M E D I T A T I O.

**V**Tinam nobis non eueniaret ut febrim, hoc est perturbationem animi vehemens, tem conciperemus ex nostris in proximū ministerijs: sed prius focrum Simonis imitaremur. Illa enim laborauerat quidem in partu, in nutritione, in educatione filie, non tamē propterē in febrim inciderat. At nos laboramus ut filiam nostram in sinum Petri, hoc est animam nostram in sinum Ecclesiae demus: cauendum tamen ne plerūque ex iſdem laboribus in febrim incidamus nostra spiritus imbecillitate. Moleſta fuit confessionū auditions, colloquium & actio cum eo quem inuamus distrahit, exasperant difficultates & contradictiones emergentes: itaque formidandum ne febricitates ad cubiculum redeamus. Heu miseriam; unde oportuit nos maiorem animi & spiritus vigorem reportare,

inde ut debiliremur. Ne terreamur propterē Patres, & ne punctum quidem à statu mētis, & instituti perfectione propterē dimoucamur. Ad perfectionem haec inquietudines à Deo permittuntur, ut per viatorum perturbationum perfectiores cuadamus, & alacrieres ad pugnandum redeamus. Rogemus Chritum cum Iacobo & Ioanne, ut nos ab hac febri liberer, nobis astet, teneat manum, nos erigat per horum intercessionem: præſidio & foritudo Christi IESV generose simus animati, qui nos ad illud prelium suo nomine mittit: cuius prouidentia & bonitas si qua acceperimus vulnera, no patietur esse lethalia, atque adeò contia esse faciet salutaria, & nos ministerio & certaminis redder valentiores, ac nostras illas tunicas fedabim. Verum animaduertite Patres mei, ut simpliciter veſtitis